Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30305
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

patrocinia sentiam. Qui etiam si illorum stu
dia cessarent ille optata preparare. qui cogi
tacionum non solum presentium inspector: uerum
etiam cognitor futurorum dum rogantur suis in
telligit honorari. quia ipse est benedictus in
secula seculorum amen. Explicit.

Prologus in sequentia;

In Cuncta sanctorum apostolorum trophea.
nulli credo latere fidelium. quia quedam
exinde dogmata docent. quedam apostolici
actus narrant. De quibusdam uero extant
libri. in quibus proprie eorum actiones deno
tantur. De plerisque enim nichil aliud nisi
passionum scripta suscepimus. Nam de
uirtutibus beati Andree apostoli. librum repperi.
qui propter nimiam uerbositatem a nonnullis apo
criphus dicebatur. De quo placuit. ut retrac
tatis enucleatisque tantum uirtutibus. preter
missis his que fastidium generant. uno tantum
uolumine admiranda miracula clauderen
tur. Quod et legentibus prestaret gratiam. et detrahen
tium auferret inuidiam. quia inuiolatam fidem
non efficit multiplicitas uerborum. sed puritas
mentium.

Virtutes et miracula sancti Andree apostoli;

Igitur post dominice resurrectionis atque
ascensionis nobile gloriosumque triumphum.
ad predicandum uerbum dei dispersis. ubique ter
rarum apostolis. Andreas achaye prouincie
christum annuntiare exorsus est. Eo quoque
tempore matheo apostolo et euangelista uerbo salutis
mirmidone urbi fideliter dispensante: ften
tus ab incolis primus exoculatur atque cate
nis astrictus in carcerem detruditur pau
cis post diebus perimendus. Apparuit itaque
angelus domini beato Andree apostolo. imperans inquit.
ad mirmidonam ciuitatem. erue fratrem tuum
mathiam de squalore carceris quo tenetur.
Quo respondente domine ecce uiam nescio
et quo ibo. adiecit. Te operiante ad litus
maris. in nauim quam repperies ascende. ero que dux
itineris tui. Beatus itaque andreas ascendens
nauim prospero cursu peruenit ad urbem. Ingres
sus autem cum uenisset ad carcerem. uidens ma
theum apostolum cum aliis in carcere uinctum. ama
rissime fleuit. et cum pariter orassent ait. Domine
ihesu christe cui nichil impossibile est apostolus quaeso
uiscera tue pietatis. ut restituto lumine ser
ui tui. cum omni fiducia ad annuntiandum tue
ueritatis uerbum letus accelleret. His dictis lo
cus ille commotus. et lumen refulsit in carcere.
atque illico oculis ~~oculis~~ beati apostoli restauratis.
omniumque uinculis dissolutis. clamor cunctorum
una dominum magnificantium factus est immensus.
quia magnus est deus quem predicant serui eius. Educ
ti autem de carcere: per se in andream. abierunt unus
quisque ad sua. matheus uero recessit a loco illo. In
cole autem ciuitatis cognito quod factum fuerat. be
atum andream ibidem docentem furia inuecti ra
pientes tenuerunt. atque manibus post terga
reuinctis. fune pedibus innexo. per plateas eum
ciuitatis trahere ceperunt. ita ut et capilli eius
euellerentur et sanguis a capite eius effluerit. Be
atus itaque andreas dum traheretur. orabat dominum
pro suis carnificibus dicens. Domine ihesu christe apostolus que
so oculos cordis eorum ut cognoscant te dominum uiuum
et uerum. et ne statuas illis hoc peccatum. Et subi
to timor magnus factus est super omnes inhabitan
tes ciuitatem. ita ut dimisso apostolo solo. strati una
nimiter clamarent. Ignorantes. inter uir dei pec
cauimus. ne ergo ira dei descendat super nos et ciuita
tem nostram. quid agamus suppliciter nobis insinuari
te deprecamur. Quos erigens beatus andreas uer
bum dei diligenter euangelizauit. eosque ab errore genti
litatis ad fidem christi conuertit. tradensque symbo
lum fidei catherizauit eos. et baptizauit in nomine
sancte trinitatis in remissionem omnium peccatorum.
Abiens autem inde cum reuersus esset achayam
deambulante ipso cum discipulis suis. cecus quidam
clamauit ad eum dicens. Apostole christi noui quidem
per te uisum me posse recipere. nolo autem sed uictum et
uestibus insufficientem iubeas precor his qui tecum
sunt conferre pecuniam. Quod uir sanctus audiens. Scio
inquid hanc non hominis sed diaboli esse uocem. qua
lumen hunc recipere prohibet. Et extendens manum
cum tetigisset oculos eius lumen recepit. et astantes
glorificabant dominum. Cumque iussu apostoli uili et hyspido
expoliatus indumento nouas accepisset indu

Matheus apostolus excecatus per beatum Andream illuminatur

Matheus eum absolutus abiens recessit

Oratio sancti Andree

Hic beatus andreas conuertit incolas ciuitatis mirmidone et omnes baptizauit

cecus illuminatus

Si illa tua sola vox legis admoneat legat.